



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis  
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

**Gretser, Jacob**

**Ingolstadii, 1611**

XV. Literæ S. Henrici de erecto abs se Episcopatu Bambergensi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41527**

quando cum tamen vel ubicum ex proiectu sanctae Ecclesie, vel eius exaltatione, locatione, nos aliquid magnifici operis audire contigerit, immensae devotionis affectu, & spiritualis exultationis effectu illum laudare, benedicere & predicare debemus, cuius haec dona sunt, & a quo bona cuncta, ineffabiliter procedunt. Qui inter innumerabilia semperne dignationis sacramenta ea & in suorum cordibus Principam dicit, quae ad multorum exemplum, & salutem profutura procurat.

In quibus vnum est, quod nuper diuinitus factum, maximam mentibus nostris letitiam generavit. Audiimus, quod Dominus noster HEINRICVS gloriofissimus & inuictissimus Rex, diuina sibi inspirante gratia, ex suis prediis, & paterna hereditate, in loco, qui dicitur Babenberg Episcopatum in honore beatissimi Petri Apostolorum Principis constituerit, & commutatione facta, dignè & legaliter cum Ecclesia vestra, partem quan-  
dam ex eius dioecesi acquisuit: atq; hoc concubium Apostolicæ sedis priuilegio corroborauit. Quod quidem eximium, & laudabile opus, & eius dignissimam liberalitatem, & vestram charitatem satis egregie predicabilem commendat; cum & suum est, per operationem; & vestrum sit per dilectionem.

In quo omnipotenti Deo immensas gratias referimus, ad cuius inestimabilem gloriam spectat, quod per Regem nostrum HEINRICVM, bonum & fidelem ministrum suum, fundatissimam pacem omnibus Ecclesiis præstat, & insuper nouam format Ecclesiam, per quam & de inimico humani generis in vicinas Selauorum gentes, Deo opitulante, triumphabit, & innumerabilem familiam per lauacrum regenerationis sibi multiplicabit.

Nos autem cum omnibus nostris diœcésos Episcopis hoc diuinum opus in commune laudamus, atq; in eo iuste consentientes, & subter conscribentes, in perpetuum valere confirmamus.

### C A P V T X V .

#### LITERA S. Henrici de erecto abs se Episcopatus Bambergensi.

**E**INRICVS diuina præordinante clementia Rex omnibus Ecclesiæ filius tam futuris, quam presentibus. Saluberrimus sacri eloquij institutionibus eruditus, & præmonitus, ut temporalia relinquentes bona, & terrena postponentes

C 2 commoda,

commoda, eterna & sine fine mansura in cœlis studeamus adipisci confortaria. Gloria enim præsens fugitiua est, & vana, dum possidetur, nisi in ea aliquid de cœlesti eternitate cogitetur. Sed Dei miseratione humano generi prouidit remedium; quando partem cœlestis patriæ, terrenæ substantiæ fecit esse premium. Huius ergo nos clementia nostra immemores, nec ignorantes nos gratiano diuina miserationis respectu, regali dignitate sublimatos, cœgruum esse ducimus, non solùm Ecclesiæ ab antecessoribus nostris constructas ampliare sed ad maiorem gloriam Dei, nouas edificare, easq; deuotionis nostræ donis gratissimis exaltare.

Quapropter dominicis non surdum auditum præbentes præceptis, & deificiū obtemperando intendentis suasionibus, thesauros diuinæ largitatis munificentia nobis collatos, in cœlo desideramus reponere, ubi nequæsures effodiunt, nec surantur, neq; erugo, vel tinea demolitur, ubi & dum omnia nunc congesta recolimus, cor nostrum desiderio & amore sepius veretur.

*Matth. 5.*

*Hinc etiam li-*

*quet suprà re-*

*citatum diplo-*

*ma ad Otho-*

*nem II. & ad*

*patrem nostri*

*Henrici perit-*

*nere, cù Bâber-*

*gam sive here-*

*ditatis pater-*

*ne ad se perue-*

*nisse scribat.*

Proinde patere volumus omnium fidelium vniuersitati, quod quendam paternæ hereditatis nostre locum Babenbere dictum, in sedem & culmen Episcopatus proueximus, & Romane sedis auctoritate firmatum, atq; venerabilis Heinrici VVirzburghensis Episcopi consensu, & dilecta coniugis nostræ Chunegundæ voluntate, ac pari communio omnium nostri fidelium

Factum Regis probatur ab

*Emperoris principib; Regni.* Archiepiscoporum, quam Episcoporum, Abbatum, nec non & Ducum,

*Patroni Bam-*

*bergenses.* Comitum consulto, decretoq; ac tetius regni nostri, Principumq; concordi

deuotione laudatum, ad honorem omnipotentis Dei, & beatæ MARIAE

semp. Virginis, & sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, nec non san-

ctorum Kiliani, & Georgij fundauimus, stabiliuimus, & corroborauimus,

vt inibi nostrum, parentumq; nostrorum, & Ottomu terij Imperatoris, vide-

licet antecessoris nostri, celebre habeatur memoriale, & inguis pro omnibus

orthodoxiæ macetur hostia salutaris.

Dona & bona

Ecclesia Bamb.

corem domus Dei, ex metallis lapidibusq; preciosis in varios vsus sanctuarij,

& Rege oblata.

vasis seu vestibus, aliisq; ornamentis Ecclesiasticis, contulimus præterea ad

supra dictam Sedem Episcopalem prædia, Ecclesiæ, vicos, villas cum omni-

bis suis pertinentiis siue adhærentiis, videlicet vtriusq; sexus mancipiis, areis,

edificiis, terris cultiis, viis & in iuis, exitibus & redditibus, que sita & inqui-

\* Praefariis sic rendi, filii, sagenii, venationibus, pratis, pascuis, campis forestis, \* forestaris,

*Apoz. Bamb.* cellaris, censibus, aqua, aquarumque decursibus, molendinis, mobilibus, &

immobilibus, & ceteris omnibus, quam ritè scribi aut appellari possunt, quo-

modo-

modolibet utilitatibus, presenti nostrae authoritatis edicto statuentes, ut in  
Deo nobis dilectus sepe dictus sedis Episcopus Eberhardus, suos successores li-  
beram de hinc habeant potestatem, eadem prescripta bona cum omnibus  
appendicis suis tenendi, possidendi, seu in quoslibet usus Episcopatus conuer-  
tendis, attributis autem Canonici Deo ibidem famulantibus ad quotidiana  
temporalis vita subsidia, possessiones, quas tradidimus nostra imperiali au-  
toritate proprietati posseidenda confirmamus, ea videlicet ratione, ut praefati  
Canonici, & eorum per successionem Prepositi, liberam, de hinc cum  
ipsorum Canonorum consensu, & consilio potestatem habeant in meliores  
usus commutandi, augmentandi, & ad utilitatem suam quoquomodo redi-  
gendi; quatenus & ipsi nostri benignè memores apud Deum, ac dilectissimæ  
coniugii nostræ, atque consortis regni Chunegundæ, parentumq; nostrorum  
versa vice beneficium nostris pia atque assidua intercessione respondeant.

Si quis autem, quod absit, huius nostræ munificentiam donationis, atque  
institutum Apostolice sedis, & tot venerabilium Patrum auctoritate fir-  
matum destruere, seu violare tentauerit, in die iudicij coram oculis Dei tor-  
mento inexstinguibili aeternaliter luet. Quod ne eueniat; sed haec traditio  
atque decretum ab omnibus perpetualiter inviolabilis permaneat, hanc char-  
tam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri impressione in-  
signiri insimus.

## C A P V T X V I .

Literæ, quibus Clemens II. Papa, Ecclesia  
Bambergensis priuilegia & immunita-  
tes confirmavit.

**N**ec verò solummodo in vita, super stite adhuc Re-  
ge glorioissimo, sed magis etiam post transitum  
eius de morte ad vitam, felix ipsius plantatio,  
Babenbergensis videlicet Ecclesia, diuinæ gratiæ  
imbribus irrigata de die in diem accipit incrementum, saepe  
numero à sancta, speciali q; matre sua Romana Ecclesia vberi-  
bus pix consolationis potata, ac satiata, regum quoq; succe-  
dientium auctoritate, vel priuilegiis nobiliter, ac firmiter in

C 3      perpet-